

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * *

31. 30

ANNI
CIC. IC. CXIII. & XV.
EXERCITATIONES
HYBERNÆ

Lectiōibus

Disputationibus

Declamationibus

publicis

In Electorali Gymnasio

Vallis Joachinicæ

adornatæ :

quibus

Porro agenda adjunguntur.

Diodorus Siculus Bibliotheca

libr. xij.

Τὴ μὲν ζῆν τὴν φύσιν αἰλίαν ὑποληπῆσον, τὴ δὲ καλῶς ζῆν τὴν ἐκ
τῶν γραμμάτων συγκηλυρὴν παιδείαν.

Vitam quidem naturæ, benè autem vivendi rationem literis
& disciplinis imputare debemus.

Francofurti ad Oderam

excudebat

FRIDERICUS HARTMANNUS,

Typographus & Bibliopæga,

ANNO

M. DC. XV.



Collegarum nomina

Illustris Gymnasij.

Pastor M. URBANUS SOBOLUS, Francof.
Marchicus.

Rector M. SAMUEL DRESEMIUS Dith-
marus.

Diaconus M. JONAS ULRICUS Francofuro-
tanus Marchicus.

Corrector M. TOBIAS MAGIRUS Angrom,
Marchicus.

Subrector M. JOHANNES BARTHIUS
Brandeb. Marchicus.

Cantor PAULUS CROPPIUS Berolinensis
Marchicus.

Organicen MATTHIAS MARTICIUS
Militanus SyL.

EXERCITATIONES

I. Classis.

IN THEOLOGICIS.



Actenus secundam & tertiam Epistolam Divi Johannis Presbyteri & Theologi more consueto exposuit; Itemque ex locis communib. Philippi Melanch, locum de principiis Theologicis, de Deo, de Unitate, de Trinitate, de Filio Dei, de Spiritu Sancto, de Creatione & Providentia, de causa Peccati & Contingentia, de libero arbitrio. Postea ^{ad} ₂₅₁₅₀ in dictis locis strenue perget.

Pastor.

IN LOGICIS.

Discursum Syllogisticum locis exterioribus ex libro quarto Dn. Philippi

A 2

lippi

lippi informavit: Uberiora præcepta ex aliis autoribus illis subjunxit. Elenchos Sophisticos & Stoicorum Aloga teretissima cum Aristotelis textu conjunxit, & disputationibus publicis, quæ proposita, ventilanda exhibuit. Denuò ab initio Logica redauspicabitur. *Rector.*

IN RHETORICIS.

Figuratam orationem per *ῥήματα λέξεως*, & *ἁρμογίας* explicavit. Doctrinam de compositione periodo, Rythmo & Characterè ad finem deduxit. Quæ ad *μνήμην* & *ὑπόμνησιν* spectant subjunget, & ad initia Rhetorices regredietur. *Rector.*

IN PHYSICIS.

Physices Aristoteleæ epitomen explicavit usque ad doctrinam de anima, quam brevi adjuncturus est: & libros de partibus animalium Aristotelis, in quibus medium attigit libri 3. cap. 5. absoluturus. *ConRector.*

IN ETHICIS.

Doctrinam de amicitia ex 8. & 9. Ethicorum cum libro ultimo ad finem deduxit, Græcum textum Aristotelis cum excerptis Golij cōtendit. Ethica de integro iterum aggressurus est. *Rector.*

In Lingua Latina

eaque soluta.

Rationem Ciceronis quæ de idoneo constituendo accusatore C. Verris agit, junctis primanis & secundanis ad finem deduxit, artificia Logica & Rhetorica expendit, corollas sententiarum selegit, easque illustravit, imitationem subjunxit, deinceps *ἀπορίμων* actionis primæ Verrinæ proponet. *Sub-Rector.*

IN LIGATA.

Plautinæ Pseudoli reliquias percurrit.

A 3

&

& Asinariam illi comitem dedit, perre-
cturus in melliniis Plautinis. *Rector.*

Virgilij secundum Æneidos explana-
vit integrum, hujus ingenium cum vena
Homericæ contulit, censuram Scaligeri
acutissimi & aliorum adhibuit, Carmen
memoriæ auditorum inculcavit: ad ter-
tium meditatur accessum. *ConRector.*

JN GRÆCA EAQUE SOLU.

ta Lingua.

ÆSchinis nobilem orationem contra
Demosthenis coronam explicavit: ad
sectionem illam quatuor temporum se-
cundam substitit. Perget in ea & Demo-
sthenis *ἀπολογέματα* accusationi opponet.
Rector.

JN LIGATA.

HOmeri Iliados 6. usque ad catalogum
navium Græcarum deduxit, linguæ
græcæ flores decerpfit & Homerum Chi-
um

um cum Mantuano passim contendit,
Ἐπολιμὰ excussit, & carmen memoriæ di-
scentium commendavit, quæ reliqua
sunt ubi addiderit, ad Iliados γ. descendet,
ConRector.

IN LINGUA HEBRAICA.

Grammaticam Schindleri, necessaria
maximè seligendo, percurrit & usum
eorum in Psalmis 6. 7. 8. Genesis cap. 1.
vaticiniis de Messia Esa. 9. Mich. 5. mon-
stravit: Redauspicaturus est eandem &
quæ nunc præteriit additurus exercitia,
erunt Psalmus 9. & qui sequuntur, *Con-
Rector.*

Secunda Classis.

IN THEOLOGICIS.

Opus salutis hominum locis doctri-
næ abundantissimum absolvit, in
explicandis præceptis methodo
plana usus est, ac ut memoriæ probè infi-
geren-

gerentur operam dedit, ad primum opus
Dei, Providentiam, ejusque locos redi-
bit. *Sub Rector.*

IN DIALECTICIS.

Dialectices Philippeæ Erotemata iterū
absolvit, nec ingenia adolescentum
commentariis tam oneravit, quam præ-
cepta exemplis illustravit: recurrendum
& hic ad principia. *Con Rector.*

IN RHETORICIS.

Præcepta libri primi & secundi dextrè
exposita exemplis ex autoribus, quos
quotidiè audiunt, petitis reddidit notio-
ra & auctiora adjectis iis, quæ a lii Rhetor-
es tradiderunt, permutatis auditoribus
eandem docendi viam insistet. *Sub Rector.*

IN MUSICIS.

Musicam pro ut captus discipulorum tu-
lit exposuit, & usum qua debuit fide-
litate ostendit. *Cantor.*

IN

In Lingua Latina

eaque soluta.

IN Grammatica ea, quæ spectant ad Prosodiam & Etymologiæ maximam partem, ac Syntaxin verborum, cui græcam pariter adjunxit, diligenter inculcavit, ut porrò profit, in reliquis eodem modo perget. *Sub Rector.*

Quinque, quæ restabant Epistolæ Ciceronis lib. 9. ad familiares, uti & 11. libri decimi continuavit, delineando ex illis usum Grammaticum, Dialecticum & Rhetoricum. Eadem ratione in reliquis progredietur *Cantor.*

In Oratione Ligata.

EUnuchi lætam Catastrophen attigit, elegantiam sermonis sedulo indicavit Oeconomiam Comicam adjecit, præcepta vitæ excerpfit: In sequentem Comoediam eandem conferet industriam. *Sub Rector.* B

Extrema lib. 1. Æneidos Vergilianæ, splendidum convivium quo excepit Æneam Dido amoris flamma correpta, addidit: In libro secundo fraudem Sinonis in equi lignei introductione, quam callide suavit, & apertione claustrorum, è quibus egressi urbem incenderunt, detexit, orationes ejus resolvit, & quæ ad verba, tam pura, quam tropica, ac *ἐπιματὰ ἄσπολας* pertinent, notavit, quomodo in exercitiis Poeticis audita ad usum transferri possent, monstravit, reliqua erunt æstivalis operæ. *Sub Rector.*

Librum tertium Georgicorum Vergilij, fere ad finem perduxit, & perget in sequentibus. *Diaconus.*

In Lingua Græca.

IN Grammatica, nominum flexiones verborum formationes assidue tractavit, in verbis in Mi substitit, eandem ab initio repetet. *Sub Rector.*

In

In libello Plutarchi, qui docet, quomodo puer rectè educandus & instituentus sit, adhuc commoratur, usum tam Etymologiæ quàm Syntaxeos ostendit, argumentorum locos eruit, ad eum, ut conformarent scribendi artificium postulavit: ut residua hoc curriculo pertexat, studebit. *Sub Rector.*

Præceptionum Grammatices usum in Evangeliiis Dominicalibus ostendit. *Cantor.*

Classis Tertia.

Symboli Apostolici, Nicæni & Athanasij explicationem pro captu discipulorum frequenter instituit, & ut memoriæ una cum Catechismo Dn. Lutheri, infigerentur, allaboravit. *Cantor.*

In Lingua Latina in

Grammaticis.

IN Syntaxi & Profodia Dn. Philippi cum

B 2

ad

ad finem bis contendit, ad Etymologiam
accessum faciet. *Cantor.*

Grammaticam Philippi ad calcem
percurrit, & iterum ad anomala genere
pervenit, in sequentibus perrecturus est.
Organicen.

IN SOLUTA.

IN Lælio usque ad secundam legem de
amicitia processit. Pari dexteritate re-
liqua adjiciet. *Cantor.*

Ciceronis librum quartum Epistola-
rum ad Familiares, exponendo, ejusque
usum præcepta Grammatices & Syntaxe-
os repetendo, & styli Ciceroniani imita-
tionem demonstrando, absolvit: ad li-
brum quintum eadem methodo pertra-
ctandum, finito examine, accessurus.
Diaconus.

Dialogos sacros Castellionis ferè ad
finem exponendo & repetendo deduxit:
quibus absolutis ab initio istos auspicabi-
tur. *Diaconus.*

Libellum de civilitate morum Erasmi
ad metam perduxit, & ab initio rursus
4. paginas memoriæ instillando, concin-
nitatemque morum monstrando absol-
vit, in residuis perrecturus est. *Organicen.*

IN LIGATA.

HEcyræ actum secundum & tertium ab-
solvit explicando, usum Grammatici
enodando, & elegantiam latinæ linguæ
inculcando. In Actu 4. & 5. iisdem dili-
gentiæ insistet vestigiis. *Cantor.*

In l. 1. Georg. Vergili 200. versus ex-
ponendo, repetendo, memoriæ inculcādo,
quantitatem Syllabarum regulas, figura-
que Syntaxeos examinando, absolvit, re-
sidua post additurus est, & *ἑπίλογον* sperat.
Organicen.

In Græca Lingua.

GRammaticam Græcam Crusij tertia vi-
ce auspiciatus est, & qua fieri potest faci-
litate ad finem contendet. *Cantor.*

Evangelia Græca & Latina more con-
fueto exponit & repetit. *Diaconus.*

IN ARITHMETICIS.

OMnia præcepta quæ ad Arithmeticam
necessaria, Tertianis proposuit, simul-
que priores Species absolvit; in regula
proportionum adhuc versatur, facto fine
ad regulam societatis & de permutandis
monetis accessurus est. *Organicen.*

IN MUSICIS.

PRæceptis Musices memoriæ juniori-
bus infixis usum notularum motulan-
do unà textum notulis applicando osten-
dit. *Organicen.*



Cata-

CATALOGUS
DISPUTATIONUM IN ELE-
ctorali Gymnasio Joachimico publicè
propositarum & habita-
rum.

ANNO 1614.

17. Sept. Finito examine disputatum.
ex physicis *de anima rationali* Pras. Conr.
Resp. Ioh. Prætorius Soltq.

24. Sept. ex Eth. *De voluptate*, Praside
Subr. Resp. Ernest. Hedtling. *Mittenuv.*

1. Oct. ex Logicis *de terminis externis*
Antecedente conseq. Adjunctis signis Pras.
Rectore, Resp. Joh. Mundike.

8. Oct. ex Eth. *de Amicitia*, Pras. Subr.
Resp. Theodorus Rifeberg. *Gardel.*

15. Oct. ex Logicis *De reliquis terminis*
exteriorib. Simili, pari, Absurdo, necessario,
oppositis, Autoritate, testimonio, Pras. Re-
ctore, Resp. Joh. Mirian. *Ruppinensis.*

22. Oct.

22. Oct. ex *Phys. de Principiis*, *Præside*
Conrect. Resp. Laurentius V Videman.

29. Oct. ex *Theolog. de precatone* *Præs.*
Pastore, Resp. Joach. Thiele Brandeb.

5. Novemb. ex *Ethic. iterum de amicitia, quæ est societas & communio* *Præs.* *Subrect. Resp. Michael Poppius Berol.*

12. Novemb. ex *Theologicis de pœnitentia* *Præside Pastore, Respond. Elias Noflerus Colonia M.*

19. Novemb. ex *Log. de practica parte ex lib. 8. Topicorum* *Præs. Rectore Respon. Gvilielmus Bokelius Stend.*

26. Nov. ex *Phys. de natura* *Præside*
Conr. Resp. Joh. Gabelius Stend.

3. Decemb. ex *Physicis de motu & infinito*, *Præside* *Conrect. Respondebat Johan. Kienscherfius Ratenov.*

10. Decemb. ex *Ethicis de amicorum mutuis officiis*, *Præs. Subrect. Respondeb. Joh. Goltfamius Bisenthal.*

17. De-

17. Decemb. ex Log. *de fallaciis in genere*
Præs. Rect. Resp. Joh. Lindecius Stendal.

24. Decemb. ex Phys. *de loco & tempo-*
re, sub Conrectoris præf. *Resp. Georgius*
Bulsius Schiefelbein.

Anno 1615.

7. Jan. ex Theolog. *de vita aeterna* *Præ-*
side Pastore, respondentis vices subiit *Chri-*
stophorus VVachtmannus Bodtlestanus.

14. Ian. ex Ethic. *de amicitia adjunctis,*
sub Subrectoris præsidio *Respond. Adam*
Lauban Berolin.

21. Ianuar. ex Logicis *de fallaciis in Spe-*
cie præside Rectore, respond. Samuel Gloxi-
nus Regiomont.

28. Ianuar. ex Physicis *de motu & mo-*
tore *Præs. Conrect. resp. Christophorus*
Florich. Sehufan.

4. Februar. ex Ethicis *de voluptate qua*
summi boni comes *Præs. Subrectore, resp.*
Nicolaus Thomæ Margarimont.

C

11. Feb.

11. Februar. ex sacris *de inferno*, *Præside*
Pastore *resp.* Matthias Hoppius, *Munchb.*

18. Febr. ex Logicis *de solutione fallacia-*
rum *Præside* Rectore, *resp.* Christianus Pe-
largus *Landsberg.*

25. Febr. ex Physicis *de cælo*, *Præside*
Conrect. *resp.* Elias Nofslerus *Colon.*

4. Martij ex Ethicis *de beatitudine spe-*
culativa, *Præside* Subrect. *respond.* Iohan.
Prætorius *Soltq.*

11. Martij ex Logicis *de Methodo*, *Præ-*
side Rectore, *respondebat* Tobias Kettelbu-
terus *Regiomont.*

18. Martij ex Physicis *de Elemētis in ge-*
nerē, *Præside* Conrectore *resp.* Theodorus
Risebergius *Gard.*

25. Martij ex Ethicis *de pedia*, *Præside*
Subrectore, *resp.* Laurentius V Videman-
nus *Regiom.*

Ordo

ORDO
DECLAMATIONUM
ANNO 1614.

Die 5. Oct. An Constantinus rectè fe-
cerit quod bellum Licinio intulerit, *de-
clamarunt,*
Christophorus Florichius Sehufanus, *qui
affirmabat,*
Iohannes Merian Ruppin. *negabat.*

Die 19. Oct. *Ex Seneca* An viris bonis
accidere possint mala cum sit providen-
tia, *memoriter recitarunt*
Christophorus Vachtmannus *Podtlest.*
Gvilielmus Bokelius *Stendal.*
Iohan, Prætorius *Soltquell.*
Iohan. Gabelius *Stendal.*

Die 26. Oct. Matrimonium esse Sacra-
mentum oratione soluta
Nicolaus Thoma Margar. defendebat,
Matthias Hoppius Munchb. negabat.

C 2

Die

Die 2. Novemb. An Gibeonitæ rectè fecerint quod Josuam deceperint, *Affirmavit Christianus Pelargus Landsberg.* Fridericus à Borgerstorff *negavit.*

Die 9. Novemb. Davidem rectè fecisse quod panes propositionis urgente necessitate comederit *oratione soluta demonstrabat Laurentius Albinus Landsb.*

Thomas Merkatzius Rupp, *inficiabatur.*

Die 16. Nov. An ad Musarum cultum commodius æstivum an vero Hybernum sit tempus: prius *Elias Noslerus Coloniens.* *asserebat.*

Tobias Kettelbuter Regiomont. *posterius.*

Die 23. Nov. Duellum suscipiendum non esse oratione soluta defendebat *Johannes Prætorius Soltq.*

Die 30. Novemb. Fœminas non posse heroica virtute esse illustres contendebat *Christoph. VVachtmannus Podtlest.* *Christoph. Florichius negabat.*

Die

Die 7. Decemb. Horatij carmen de arte poetica memoriter recitarunt

Iohannes Lindecius Stendaliensis.

Georgius Bulsius Schiefelbein.

Die 14. Decemb. Factum Chusæ quod Davidi maledixerit *Iohannes Mundike Berolin. defendebat.*

Die 21. Decemb. Studium Rhetorices laudabat *Gvilielmus Bokelius Stendal.* Vituperabat *Iohannes Gabelius Stendal.*

Die 28. Decemb. Hominem non posse absque alimēto externo ad diurnum tempus superesse *defendebat Iohannes Merian Ruppin.* *Theodorus Rifebergius Gardel. negabat.*

ANNO 1615.

Die 4. Ianuarij: Nativitatem Salvatoris nostri Elegiaco carmine adornabat *Laurentius Videmannus Regiomont.*

Die 11. Orationem Cypriani de Christi

sti

sti nativitate memoriter recitabat *Iohannes Kienscherf* Ratenov.

Die 18. Felicem Novi anni progressum carmine precabatur heroico *Christianus Pelargus* Landsberg.

Die 1. Febr. Purgatorium oratione soluta *Ioachimus Tiele* Brandenburg. *astruebat.*

Michael Poppius destruebat.

Die 8. Febr. An uxor, quæ ex pacto, si quid alteri obtigerit, alter moreretur, falso à marito missio nuncio de obitu, se præcipitarat, postea vero recreata erat, iussu patris virum relinquere debeat? ex controversia decima *Senecæ* disceptabant.

Nicolaus Thoma Margarim. *Affirm.*

Matthias Hoppius Munchb. *Negab.*

Die 1. Martij In persona *Agamemnonis* Græcis reversionem à Troja in patriam, *Laurentius Videmannus* Regioni. *suadebat*, *Ioachimus Thiele* Brandenb. *dis-suadebat.*

Die 8. *Martij* Librum primum *Æneidos* ex *Virgilio* recitabant

Eggebertus Schaumius Francofurt.

Iulius Goldbecius Stendaliensis.

Iohannes Reinike Brandenb.

Die 15. *Martij* De laude amicitiae orationem habebat *Adamus Lauban* Bero-
linensis.

Die 22. *Martij* Miserandam Domini nostri Iesu Christi passionem carmine Elegiaco exprimebat *Samuel Gloxinus* Regismont.

Die 29. *Martij* Eandem & Elegiaco carmine deflebat *Christianus Pelargus* Landsberg.

Dominis Visitatoribus Gratias egit finito Examine *Samuel Gloxinus* Regismontanus.

F I N I S.

Die 8. Octavij Liberti p[ri]mum Anno
die 6. Vigilio recitabant
Iohannes Sebastianus Cantor etc.
Iohannes Goldschmidt Stenbaldensis
Die 1. Adventus De iude amonico
raticnem habebat Iohannes Sebastianus
linensis.
Die 22. Adventus Miserandam Domini
Iohannes Sebastianus Cantor etc.
legisco exp[er]imentat Iohannes Re
giont.
Die 29. Adventus Landen & Flagitio
Gottfried Schobert Christianus P[ro]fessor
Landesherr.
Domina Victoria Iohannes Schobert
nino examine Iohannes Schobert
montanus.

F I N I S



Nh 122




ULB Halle 3
002 714 272



st

1017







31. 30

ANNI
CI. IO. CXIII. & XV.
EXERCITATIONES

HYBERNÆ

Lectiōibus

Disputationibus

Declamationibus

publicis

In Electorali Gymnasio

Vallis Joachinicæ

adornatæ :

quibus

Porro agenda adjunguntur.

Diodorus Siculus Bibliotheca

libr. xij.

τὴ μὲν ζῆν τὴν φύσιν αἰθια ὑποληπτεον, τὴ δὲ καλῶς ζῆν τὴν ἐκ
τῶν γραμμάτων συγκειμένην παιδείαν.

Vitam quidem naturæ, bene autem vivendi rationem literis
& disciplinis imputare debemus.

Francofurti ad Oderam

excudebat

FRIDERICUS HARTMANNUS,

Typographus & Bibliopega,

ANNO

M. DC. XV.